

Werk

Titel: D. Jo. Frid. Blumenbachii Institutiones Physiologicae.

Autor: Blumenbach, Johann Friedrich

Verlag: Dieterich

Ort: Gottingae

Jahr: 1821

Kollektion: Blumenbachiana

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN659038048

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN659038048>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=659038048>

LOG Id: LOG_0007

LOG Titel: Sectio I. De Corpore Humano Vivo in universum

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Pg.
383
n. 392
406
413
422
vi.
430
le.
454
466
473
501
513
522
533
549

SECTIO I.

DE

CORPORE HUMANO VIVO IN UNIVERSUM.

§. 1.

Tria sunt, quae in corpore humano vivo, quatenus organicum sui generis est, consideranda veniunt *):

materies scil. eius, quam fluida suppeditant:

tum contextus solidorum, quibus fluida ista continentur:

*) Ita pridem auctor libri, qui vulgo inter Hippocraticos refertur, *epidemie.* VI. Sect. 8. §. 19. "quae continent corpora, aut intus continentur, aut in nobis cum impetu moventur, contemplanda sunt." Qui celeber locus egregio ansam preebuit ABR. KAAU BOER-HAAVE operi, cui tit. *Impetum faciens dictum Hippocrati per corpus consentiens.* L. B. 2745. 8.

denique, et quod summum est, *vires vitales*, quibus solida haecce ad impulsus fluidorum recipiendos, eademque propellenda, aliosque motus perficiendos, incitantur; quaeque uti in universum corporis organici vivi essentiam quasi constituunt, ita ipsae diversi valde ordinis sunt, aliae quippe animantibus cum plantis communes, aliae contra istis tantum propriae, proximum cum animae eorum facultatibus commercium alentes.

§. 2.

Haec vero tria, et si invicem reapse inter se distincta sint, ideoque sigillatim heic recenseantur, in *vivo* tamen corpore, (utpote circa cuius functiones in statu sano, earumque phaenomena, conditiones et leges omnis doctrina physiologica versatur), tam intimo nexu iuncta sunt, ut vix ac ne vix quidem alterum absque alterius connubio concipere animo liceat.

Materies enim corporis nostri quamquam primitus fluida, tamen ad facile

DE CORP. HUM. VIVO IN UNIVERSUM. 3

solidescendum a natura parata: solidae contra partes, praeterquam quod ex ipsis istis fluidis primo gignuntur; etiam si maxime siccae nobis videantur, fluidis tamen elementis non unius generis scatent, tam stillatitiis quam permanenter elasticis, quae gasiformia vocantur: denique vero vix fibrillam, ni fallimur, in corpore vivo, vitali sua vi plane orbam, dicere licet.

§. 3.

Iam vero de singulis his tribus seorsim: et primo quidem de materie quam fluida, ut diximus, suppeditant; quaeque ut primigeniam, ita et longe maximam *) corporis nostri partem constituant.

*) Ingentis superpondii quo partes corporis humani solidae a fluidis superantur, luculentum praebet exemplum integra sed plane exsucce mumia adultae *Guanchæ* ex præcis insulae *Teneriffæ* aboriginibus, quæ Perill. BANKS supellectilem meam anthropologicam dedit, quaeque tota quanta cum omnibus visceribus, muscularis etc. mire siccatis, non nisi 7 libras cum semisse pondere aequat.